

Čitluk in Dalmatia, ubi fuit Aequum, rep. (III S. 9768 descr. Bulić). — 1) Cf. supra N. 5400. — 2) Cf. N. 5595.

5445 valvas¹, signa deorum Augus[torum] . . . | Q. Badusius Q. l. Delphicus², | Vīviri et Vīviri Augustales [sua pecunia fecerunt et in]³ | dedicatione epulum [plebei? dederunt].

Pisauri (XI 6506 vidit Bormann). — 1) Cf. N. 2462. 3423 cet. — 2) Eiusdem Delphici titulus sepulchralis est XI 6564, in quo item dicitur Vīvir et Vīvir Aug. (alius sevir et sevir Augustalis Pisauraensis est XI 6375). — 3) Supplevit Bormann.

5446 Q. Lae[lius?] . . f. Pal. Pietas, | C. Vibi[us . . f. P]ap.¹ Secundus | IIIvir. [quinq. ? e]x stipe quae ex | lacu v² [e]xsepta erat, | signum [c]uraverunt, valvas | ahenea[s] . . . s et superlimen [la]pide[um] et fastigium m . . | cum adorn[aver.] | . . . [Q. Volu]sio P. Corn[elii] cos.³.

Narniae (XI 4123 partem maiorem vidit Bormann). — 1) Papiria tribus Narniensium. — 2) V[elino] supplevit Marinius Arv. p. 824. — 3) A. 56.

5447 [deae] Fortun. [et Ge]n. col., | [Fo]rtunatus dec. Genium cum | [colu]mnis et aetomate et incrusta[ti]one marm. de suo fec. pro salute | sua suorumq. omnium et commu[nis] tricensimae¹, v. l. a. s.² | mmius Magni[l]us.

Deir-el-Kalā prope Berytum rep., deinde Parisiis (III S. 6674 vidit Renier). — 1) Ad idem commune videtur pertinere titulus eodem loco repertus: Δούκιος . . . λος Σόλων πατῆρ κοινού τῆς τριακάδος ἀνέθρηξεν (Echos de Notre-Dame de France, Jérus. 1896 p. 515). Cuius generis collegium intellegendum sit, obscurum.

5448 M. Sextilius M. l. Eros | Genium¹ et ypaetrum stravit, | furcas statuit, clatros in | fenestris posuit, et expoleit | monumentum de sua pecunia.

Romae ad viam Latinam rep. (VI 260 viderunt de Rossi et Dettlefsen). — 1) Intellege: posuit. — Titulum ad sepulchrale monumentum pertinuisse putat Henzen.

5449 Veneri Verae¹ felici Gabinae | A. Plutius Epaphroditus accens. velat.², negotiator sericarius³, templum cum | signo aereo effigie Veneris item signis aereis n̄. IIII dispositis in zothecis⁴, et | balbis⁵ aereis et aram aeream et omni cultu a solo sua pecunia fecit. Cuius ob | dedicationem divisit decurionibus sing. X⁶ V, item Vīvir. Aug. sing. X III, item tabernaris intra murum negotiantibus X I, et HS X n̄. n̄. rei publ. Gabinor. intulit, ita ut ex | usuris eiusdem summae quod annis III k. Octobr., die natalis Plutiae Verae | filiae suae, decur. et Vīvir. Aug. publice in triclinis suis epulentur; quod si | facere neglexerint, tunc ad municipium Tusculanor. HS X n̄. n̄. pertineant, | quae confestim exigantur. Loc. dato decreto decur. | Dedicata idibus Mais L. Venuleio Aproniano II L. Sergio Paulo II cos.⁷